# Descriptio Rithmimachie

Omnium genera inequalitatis ex equalitate procedere, manifestum est ex libris arithmetice, multiplex, superparticulare, superpartiens, multiplex superparticularis, multiplex superpartiens. Sed receptis duobus compositis ex tribus simplicibus multiplici scilicet et superparticulari, et superpartienti, hunc conflictum quidam ex clero Wirzeburgensi sapientes indicarunt dare posteritati. Tabula ad longitudinem et latitudinem dispositam campos, octo videlicet in latitudine, 16 in longitudine, sicut quam ex altera parte dispari usque ad decuplam proportionem, omnes proportiones generis species: ita ut contineantur ex altera parte tabule que denominantur ex numero pari ex altera vero que ex impari. Hinc ergo contineantur octo albi numeri, ex pari denominatas proportiones habentes: dupla ut 4 ad duo: Quadrupla ut 16 ad 4. Sextupla ut 36 ad 6. Octupla ut 64 ad 8. Huic opponantur ex altera parte octo nigri minores eiusdem generis ex impari denominatas proportiones habentes: Tripla ut 9 ad 3. Quintupla ut 25 ad 5. Septupla ut 49 ad 7. Nonupla ut 81 ad 9. Rursus alter existunt octo rubri maiores aliquantum ex genere superparticulari, ita ex pari denominati, sicut

ordinentur, ut sesquialteri numeri sunt du-
plis, sesquiquarti quadruplis, sesquisexti sextuplis,
sesquioctavi octuplis. Sunt autem sesquialteri
9 ad 6. sesquiquarti 25 ad 20. sesquisexti
49 ad 42. sesquioctavi 81 ad 72. His opponun-
tur [illegible] quorum vero nigros ex ordine superparti-
culari genere vero albi ex impari denominati ut
ut sesquitercii [illegible] sunt triplis, sesquiquinti quin-
tuplis, sesquiseptimi septuplis, sesquinoni noncuplis.
Sunt vero sesquitercii 16 ad 12. sesquiquinti 36
ad 30. sesquiseptimi 64 ad 56. sesquinoni
100 ad 90. Rursus rubros superparticulares
existunt ordo nigri magnum ex genere super-
partiente [illegible] ex pari denominatum. Super[illegible]
locentur ut superbipartientes [illegible] sunt sesqui-
alteris, superquadripartientes sesquiquartis, super
sexpartientes sesquisextis, superoctopartientes
sesquioctavis. Sunt autem superbipartientes 25 ad
15. superquadripartientes 81 ad 45. Super
sexpartientes 169 ad 91. Superoctopartientes
289 ad 153. His vero opponuntur ex [illegible]
genere vero albos superparticulares ordo [illegible]
[illegible] ex impari denominati quos superstan-
[illegible] ut tripartientes [illegible] sunt sesquitertiis
Supertripartientes sesquiquintis, superseptem-
partientes sesquiseptimis, supernovempartientes
sesquinonis. Sunt vero supertripartientes
49 ad 28. Superquinquepartientes 66 ad
36. Superseptempartientes 225 ad 120. Super

incrementum 361 ad 190. His ita dispositis
ex alterutra parte alternatim trahantur omnes
species interpositis campis in ante: retro: dex-
trorsum: sinistrorsum: angulariter: in conspe-
ctum sue partis vel adversarie superveniens
in quartum campum aut unum in suo legitimo
tractu alium eiusdem quantitatis in contraria partium
offendat: illum auferat, aut si duos in
angulis, vel lateribus interponat et hos
paribus que in se multiplicati, aut iuncti
summam eiusdem reddant, auferat. Aut
si quantum interpositum intervallum in proprio mul-
tiplicatus summam alterius conficiat, auferatur.

In illa parte tabule ubi omnes species vel super-
partientes denominantur ex paribus posita est
piramis 91 que est perfecta constans ex tetra-
gonis 36 25 16 9 4 1. Quam piramidem
si quis legitimo tractu offenderet sive basim
ultimam in adversis castris que est 36 aut
quemlibet numerum in quantitate intervallorum
multiplicatum eandem basim efficiant, non
solum piramidem sed et omnes tetragones
inde ipsa piramis existit, auferant.
Idem fiat de piramide contrarie partis que
est 190 constans ex tetragonis 64 49 36
et 16. et vocatur ter curtata cuius basis est
64. Tabule predicte fabricantur ex pariter pares
et pariter impares, vel impariter pares
et impariter impares, vel 2' et composi-

sole primi et neque propositi vagentur vite, im-
ponitur ita sunt undique circumsepti adversariis
ut per legitimum tractum non possint eva-
dere. Quotiens hoc evenerit, auferantur.
Tali alteratione alternatim tractum qui
ex alterutra parte ad victoriam tendere
desiderat, omnibus modis aptam positio-
nem studeat. In tempus adversae partis
inequalitates efficere arithmeticam et ar-
moniam, geometriam vero in tribus terminis
constitutis: maioris: medii: minimi: sive per
angulos: sive indirecte fiat: tali diligentia
providendum est, ut nec ex aliquo terminis eam
possit interrumpi, aliter enim non valebit victoria.
Cum primum ex terminis utrumque ponatur arith-
metica vel armonica medietas in adversa
parte illa, medietas adversario videtur
in locat illa posita ex illo loco suo, nec
ab adversario auferri. Ex utraque parte
plus inveniuntur. Idem ad eos arithmeticos
terminos: armonicos ac non eos invenimus
ex altera parte: sed duobus terminis propositum
debent accipi, ut cum in altera parte sint termi-
ni 6. et 8. ex altera 12. acquirendus sit. Quo-
rum proportio est, ut sicut maximus terminus est
ad minimum, ita sit differentia maximi et
medii ad differentiam medii et minimi. Arith-
meticorum autem que fiunt in inventione ...

ponit exemplum · 56 · 36 · 16 · quorum proportio ·
ut differentia que est inter maximum et medium
sit inter medium et minimum · Ceterum
investiget si quem hos deligentia adhi-
beri delectat. Quoniam sic non possit veniri ad
notoriam perfectam et maximam convenit poni
armonicam · que continet quatuor terminos ·
terminos in se retinet medietates, et insuper
omnium musicarum simphoniarum proporciones
ut sunt · 12 · 9 · 8 · 6 · Duodenarius quippe ad · 6 ·
duplus est, que est diapason, 12 ad · 9 · et 8
ad · 6 · sesquitercius sunt que est diatessaron
12 · ad · 8 · et 9 · ad · 6 · sesqualteri sunt que
diapente, 9 · vero ad · 8 · in sesquioctava pro-
portione reddit tonum

**Nemo** arbitretur consequenter et inordinate
posuisse ipsos numeros in alterutra alternatione
suprascriptos · Sed inveniri non propter
hoc quibus omnium inveniri ex ... 
indicat nasci · ternarius sit enim hanc nota-
ndam sesquiterciam ex unitatibus pro-
creari : tertius precepto non neglecto · Quin
desiderat sesquitertiam in binario duplicem
invenidam : si ternario triplicem : si qua-
ternario quadruplicem : si quinario
quintuplicem, si senario sextuplicem
similiter in ceteris